





INDEX DISPUTATIONUM

- XII Disput. vide p. 4  
 sub Praesidio S. Frid. Bal  
 duini.
- 
- 13 De verbis testamenti Iesu  
 Christi filii Dei, hoc est  
 corpus meum, hoc est sanguis  
 meus Pr. Balduini.
- 14 De Prae destinatione  
 Pr. D. Jos. Gerhardi
- 15 Oratio de Friderico Myco.  
 Theologo constantiensi et  
 primo Thuringarum Evangelista  
 Ab. D. Ant. Erbo
- 16 De Dei et Christi Oratorum  
 et Mediatoris nostri, apud  
 creaturas gubernandas  
 universali et speciali pre  
 sentia. D. Bal. Mentzneri  
 D. Iust. Feurbornii
- 17 Abstergio Calumniarum  
 Jos. Coccii. Pr. Balb.  
 Mentzneri.
- 18 De Baptismo conclusionibus  
 comprehensus. Pr. D.  
 Petri Liscatoris
- 19 De persona Iesu Christi ser  
 vatoris nostri Pr. D. Ambro.  
 Reudeno
- 20 De Baptismo initiationis  
 Sacramento Pr. D. Georgii  
 Mylii.
- 21 De visitatione eccle  
 siastica Pr. D. Georgii  
 Mylii.
- 22 Carolestadius redivivus  
 contra Calvianos Pr. D.  
 Georgii Mylii.
- 23 De verbo Dei scripto,  
 et traditionibus non  
 scriptis. In Disputatione  
 X distributa. sub Praes.  
 D. Leonhardi Huteri.
- Indice decem Disputationum  
 vide p. 2. in disp. 1.
- 34 Threnologia de obitu  
 Principis Friderici Wilhelmii  
 Electoris D. Georgio Mylio.
- 35 Panegyris Actus Doctorum  
 iurisperitorum i. e. Jos.  
 Stigeli et aliorum de inaugu  
 ratione Acad. Salanae.
- 36 Modus inveniendae Concordiae  
 in controvers. De electione ad  
 vitam à Sam. Hubero D.  
 2 In morte Principis Saxoniae
- 37 Ad Tragediam Virgilianam  
 de Aenea et Lavinia
- 38 166 Selectiones Epistolae D.  
 ps. Melanesthonis ad D. Frid.  
 Myconium conscriptae et
- 39 De viro sancto Martino  
 Lutbero.
- 40 Votum nuptiale






Baldwin: Disp. omnes in  
universos Britannia locos  
collectae ab ejus auditore,  
Francisco Schimper.

W. Pm.









Disputatio Theologica

De

**BAPTISMO**  
**INITIATIONIS SACRA-**

*mento. Auspice Christo*

**SVB PRAESIDIO REVERENDI**

**VIRI**

**GEORGII MYLII SS. THEO-**

*logiae Doctoris & Professoris in Aca-*  
*demia Ienensi primarij.*

*Sacramentariorum, Calvinistarum & Catabapti-*  
*starum corruptelis opposita.*

**M. HENRICO ECHARTO**

**VVETT. H. Concionatore aulico**  
**Kirchburgensi.**

**J E N A**

**Imprimebat Tobias Steinman.**

**Anno M. D. C. II.**





GENEROSIS ET INCLYTIS CO-  
mitibus ac Dominis

Dn. PHILIPPO ERNESTO, CO-  
miti à Gleichen & Spiegelberg, Domino in  
Thonna & Pymont.

Dn. GEORGIO BVRGGRAVIO  
KIRCHBYRGENSI, Domino in Varenroda.

Dn. CAROLO GVNTHERO, SA-  
cri Romani Imperij Comiti à Schvartzburg &  
Honstein, Domino in Arnstad &  
Sondershusa, &c.

DOMINIS MEIS CLEMENTIBVS.



*Q*uam religiosa & sancta sit Baptismi ob-  
servantia, quanta dignitas, quanta necessitas, vel  
ex una ipsius Salvatoris sententia liquidissime  
apparet: Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu &  
aqua, non potest intrare regnum caelorum. Qua  
comminatione tanquam fulmine ad imum ba-  
tathrum prostrenuntur, & è sanctissimo beatorum contubernio in  
aeternum trudentur exilium, quocumq; venerabile hoc Sacramen-  
tum contempnim habuerint, aut suscipere neglexerint. Sumus e-  
nim omnes caro de carne nati, peccato medullatus inquinati, & à re-  
gno caelorum naturá extorres. Aperiendo autem ingressui in re-  
gnum caelorum, sicut & deponendis atq; purgandis genuinis natu-  
rae sordibus, aliud nisi Baptismum, nihil usquam divina destinavit  
Maestas. Et hinc est, quod Petrus Baptismum cum aquis diluuij  
conferat, Quemadmodum enim in diluvio submersis peccatoribus  
elevatur & vicina caelo portatur arca Noë, ita per Baptismi fon-  
tem submersis vitijs & suffocatis concupiscentijs vicina caelo porta-  
tur Ecclesia.

Proinde dignè, reverenter & honorificè de hoc Sacramento lo-  
quendum & sentiendum. At Satanas illud per maledicos quosdam  
homines, spurcitia suae rostra & flabella, varijs technis & modis  
prophas.



prophanavit, Ex quibus Anabaptista, horumq; manipulares Calvini-  
nista, non ultimam tenent stationem, quorum hi de occulto cum il-  
lis Syncretismo & collusione non immerito Ecclesie Christi sunt su-  
specti, & non minus quam illi in mysterium hoc cuniculos agunt, vi-  
rusq; suum expaunt. Non abs re igitur facit Ecclesia, quod Apo-  
stolo iubenti τὰς ἀπειθεύοντας ἐπισομίζειν obsecundans pro asseren-  
da Sacramenti huius debita dignitate pugnat, & stridulos atq;  
clamosos istos illusores profligat & compescit, ac detectis & debella-  
tis mendacijs, veritatem contra malevolorum canum morsus & la-  
tratus tuetur. Quod licet iam pridem strenuè à nostris maioribus  
factum sit, tamen cum Sacramento huic hostis veritatis adhuc ho-  
diè, & quasi postliminiò bellum facere non cesset, & alijs atq; alijs  
coloribus pingat, novusq; machinis fabricandis incumbat: ceteroq;  
quin etiam errores, nisi identidem corripiantur, facilimè imbiban-  
tur, minimè operæ precium lusus mihi videbat, si hunc disserta-  
tionis laborem & operam contra Sacramentarios pro veritate astru-  
enda & contraria vanitate destruenda publicè susciperem. Quam  
opellam Antisacramentariam cum absq; magni nominis virorum  
cuncupatione in publicum emitti noluerim, Vos in primis Gene-  
vosi & inclyti Comites in mentem venisti. Vobis igitur inscribo &  
dedico, tum propter illustre & notorium studium atq; amorem, quo  
pietatis orbitam & Religionem sinceriorem sprete Calvinisticae gen-  
tis ἐπεποδιδασκαλίας quibus nunc plurimi summo cum applausu,  
non sine presentissimo fidei naufragio agminatim & certatim ag-  
glomerantur, strenuè prosequimini: tum propter privata benefi-  
cia, quibus Tu maxime Generose Domine Georgi &c. per sesqui-  
annum me Tibi devinxisti: pro quibus hæc disputationis pagelle,  
Tuæ quidem, gratitudinis, reliquorum ve ò Clementiæ debi-  
tæ subiectionis & observantiæ testimonium atq; tesseram esse cupio.  
Quod clementi animo, à vobis, ut accipiatur, humilimè peto, omni-  
bus simul & singulis consiliorum dexteritatem successuumq; prospe-  
ritatem à Deo ex corde precans. Scriptum Ienæ Calend. Novemb.  
anni 1601.

V. V. V. Clem.

Humiliter & submisse reverens.

M. Henricus Echartus.







# DE BAPTISMO

## THESIS PRIMA.

Cyp. l. de  
Unit. Ec-  
clisi.



Erè dictum est à Cypriano, Non potest Deum habere Patrem, qui non habet Ecclesiam Matrem, Extra Ecclesiam enim tam nulla est salus, quam non fuit in diluuiio vitæ ullius animantis extra arcam Nohæ.

2. Nemo autem intrat in Ecclesiam ordinariè nisi per Sacramentum regenerationis, quod est Baptisma, perinde atq; in hoc mundo vivit nemo nisi naturalis generationis ordine & beneficio.

3. Hinc factum est, ut à Theologis Sacramentum initiationis Baptismus dictus fuerit, quia per hoc in foedus, familiam ac peculium Dei cooptamur, & in censum albumq; filiorum eius primùm adscribimur.

Cingl. de  
peccat.  
Orig.

4. Statim hinc in limine parata est nostræ assertioni contradictio, quæ hoc Sacramentum pessimè allatrat ex ore Cinglij, quæ sic habet: Baptismus non aliter Ecclesiæ Christi signum est, quam exercitus aliquis signatur: non quòd signum hoc coniungat Ecclesiæ, sed qui ei iam coniunctus est, publicam tesseram acci-

Calv. l. 4.  
Inst. c. 15.  
¶ 22.

pit. Cui succenturiatus est Calvinus, Non ideò baptizari fidelium liberos scribens, ut filij Dei tunc primùm fiant, qui antè alieni fuerint ab Ecclesia, sed solenni potius signo ideò recipi in Ecclesiam, quia iam antè promissionis beneficio ad corpus Christi pertineant, & P. Martyr, Non baptizaremus, inquit, parvulos.

Mart. in  
Sic. Romi.



vulos, nisi iam ante eos ad Christum & Ecclesiam ar-  
bitraremur pertinere. Interim Calvinus ita definit  
hoc Sacramentum: Baptismus est signum initiationis,  
quo in Ecclesiae cooptamur societatem ut Christo in-  
fusi inter filios Dei censeamur. Quae dicta nobis plane  
*αὐτομάτα* videntur.

5. Vox Baptismatis vel Baptismi (promiscue u-  
surpata) varias habet acceptiones. Primo enim acci-  
pitur lato significato pro tinctione. 2. *Μεταληπτικῶς*  
pro ablutione, quod pertinent tum legales & Leviticæ;  
tum vasorum & poculorum illæ ablutiones apud Iu-  
deos, quas ex *παράδοσις* maiorum suorum accepe-  
rant. 3. *Μεταφορικῶς* pro cruce & afflictionibus  
Christi & piorum. 4. *Μετωνυμικῶς* pro visibilibus  
donis Spiritus Sancti. 5. *Συνεκδοχικῶς* pro toto do-  
cendi ministerio. 6. Specialissimè pro ceremonia  
Sacramentali Novi T. qua Christo primùm inserimur  
& auctoramur.

Heb. 9.10.

Marc. 7.4

Matth. 20.

22.

Luc. 12.

50.

Act. 1.5.

Act. 18.25.

1. Pet. 3.

21.

6. In qua ultima significatione sic definitur: Sacra-  
mentum esse, in quo homo peccator in nomine Patris,  
Filij & Spiritus Sancti aqua vel immersus vel aspersus  
regeneratur, & remissis propter Christum peccatis in  
foedus gratiæ ascitus pro filio & hærede omnium cæ-  
lestium bonorum adscribitur.

7. Autor huius Sacramenti idem ille est, in cuius  
nomen & mortem baptizamur, quemq; baptizati in-  
duimus, Christus *θεὸς υἱὸς πατρὸς*, qui seipsum pro Ec-  
clesia sua tradidit, eamq; aridam & sterilem lavacro  
aquæ rigat & foecundat, ut ad vitam fructificare, & sibi  
Deoq; suo filios progignere possit.

8. Minister primus huius Sacramenti fuit Iohan-  
nes Baptista ab hac cerimonia nomen sortitus. Nam is

A 3

paulo



paulò priusquam Christus publicum docendi munus  
auspicaretur, hanc ceremoniam mandato divino ex-  
tra Hierosolymam ad ripam Iordanis inchoavit contra  
voluntatem Pontificum Ierosolymitanorum, consilium  
Dei adversus seipfos securè & superbe aspernantium.

Marfil. l.

4. sent. qu.

2. arb. 2.

Pel. l. 1. de

Bapt. c. 20.

9. Quo loco duo præcipitia cautè declinanda sunt:  
in quorum priori post Marsilium, Iesuita Bell. ruinam  
passus esse videtur, qui non veretur hunc Ioannis Ba-  
ptismum ita ex Sacramentorum numero atq; censu ex-  
pungere, ut à Ioanne seu auctore ipsum institutum es-  
se asserat.

Math. 21.

25.

Luc. 7. 30.

Luc. 3. 2.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

25.

10. Sed heus tu Iesuita, licet Evangelica historica  
non expressis literis atq; syllabis institutionem illam  
Ioannis Baptisticam describat: testem tamen habet  
omni exceptione maiorem, ipsum Filium Dei, qui Ba-  
ptismum Ioannis non ex hominibus, sed ex Deo esse,  
haud obscure asserit. Vnde & Pharisei, sacrum hoc  
Baptisma contemtu habentes, non hominis, sed  
Dei consilium sprevisse leguntur. Quid quòd scri-  
ptum habetur, τὸ πρῶτον θεὸς ἐπὶ Ἰωάννην ἐπέτετο, ubi  
muneris ipsius autoritas in Evangelio asseritur. Non  
igitur iniussu, propriave auctoritate, sibi Euangeli-  
zandi & baptizandi munus rapuit: sed verbum & man-  
datum Dei ipsum prævenit, quo instructus ad prædi-  
candum baptismum poenitentiae accessit.

11. Alterum ex eorum parte præcipitium esse vide-  
tur, qui Baptismum Ioannis non minus quàm relinqui-  
tum Apostolorum Baptisma verè & simpliciter, imò  
eum Christi Baptismo idem atq; unum fuisse Sacra-  
mentum, & tam illius quàm horum ministerij unam  
atq; eandem vim atq; efficaciam fuisse existimant.



12. Et si autem variae & dissentaneae hac de re fuerunt piæ antiquitatis sententiæ: simplicior tamen & canoni Scripturarum convenientior videtur esse illa, qua Baptismo Ioannis gratia quidem Patris, Filij & Spiritus S. efficaciter adfuisse: huius tamen cum Baptismo Christi & Apostolorum non par aut eadem prorsus ratio atq; dignitas esse statuitur.

13. Quapropter non satis circumspectè olim à quibusdam statutum fuisse videtur, & denuò nunc à Pontificijs inculcatur, quòd per ministerium Ioannis, credentes nihil spiritualium donorum perceperint, quòdque tum ad poenitentiam & conversionem, tum ad dandam scientiam salutis, in remissionem peccatorum nihil magnoperè illud profuerit.

14. Nos ergò illud firmiter tenendum iudicamus, ut unitas Baptismatis in Ecclesia sanctè seruetur, & non cum Pontificijs in duo ἐρεγορευῆν ac δύο διακασῶν discrepantia discerpatur, neve dulce illud solamen nobis præripiatur, quo nos, qui membra sumus corporis Christi quadantenus saltem uno & eodem cum Christo capite nostro Baptismo participare credimus, dum in Baptismo suo, nostrum, contactu sanctissimæ suæ carnis, in salubre regenerationis lavacrum consecrauit & sanctificavit.

15. Iohannem in ministerio secuti sunt Apostoli, qui non solùm ambulante super terris Domino in Iudææ finibus Baptismum administrarunt: sed & post ascensum eiusdem in toto terrarum orbe eundem dispensarunt.

16. Num verò ipse etiã Christus manibus suis quosdam saltem baptizãrit: an totum Apostolorum ministerio commendãrit, curiosè, nî fallimur, quæritur?

Bello.



Job. 4. 2.

Bello. magis placet prioris: nobis posterioris membri affirmatio. Expresse enim id apud Ioannem negatur, quod testimonium neq; incerta & apocrypha Eudij & Euthymij commenta: neq; Nicephori dubie coniecturae & fabulae quate facere possunt.

Aug. l. 3.  
contra  
Crisp. c. 11.

17. Illi autem, quorum nunc est Baptismus dispensare, ordinariè solum sunt verbi divini ministri, qui omnes ritè baptizant, dum modo in formalibus & substantialibus institutionem Sacramenti huius integram servant, qua diminuta, mutata aut mutilata irritus evadit Baptismus. Etsi enim aliàs Sacramenti tum veritas, tum integritas à personæ administrantis siue dignitate, siue indignitate non pendet, & neq; fit melius cum per meliorem: neq; deterius cum per deteriolem datur, ut inquit Aug. Institutioni tamen siquid in formalibus detrahatur, aut substantialia discerpantur, vel ex parte omittatur: uti manca: ita otiosa & inutilis tota actio putanda est. Vbi autem actio Sacramentalis deficit, deficit quoq; effectus Sacramenti.

18. Hinc quid de Antrinitariorum, Arianorum, Eunomianorum, Gnosticorum & Cataphrygum Baptismo sentiendum sit, facile æstimare est. Quia enim non tantum pravis suis opinionibus sacramentum hoc miserè corrumpunt: verum etiam ea, quæ Sacramenti huius sunt formalia & ἁπόδοι, depravant: parum aut nihil potius ipsorum Baptismus prodesse iudicandus est.

19. Diuersum autem de Papistarum Baptismo statuendum est, qui quia singulari Dei misericordia (cui in Papatu etiam medio suæ Ecclesiæ reliquias conservare placuit) in substantialibus, aqua & caractere formali (Ego te baptizo in nomine Patris, Filij & spiritus Sancti)



Sancti) integer permanfit: nequaquam ambigitur, quin  
verus fit & fuerit Baptismus, in quo ex aqua & Spiritu  
facta fit regeneratio.

20. Alpergines enim illæ superstitioſæ & aniles,  
quibus ſacram hanc Baptiſm̄ ceremoniam ſordidârunt  
& conſpurcârunt, tantum non ſunt, ut Sacramenti huius  
virtutem & ſubſtantiam evacuare, aut aquam verbo  
Chriſti ſanctificatam profanare prorsus & commu-  
nem reddere potuerint.

21. Non igitur aſſentimur Anabaptiſtis, qui maio- *Anabapt.*  
res noſtros ritè baptizatos pernegant, eò quòd ab im- *Antwerp.*  
pijs & idololatriſ ministris in regno Papali tincti ſint,  
ideoq; de novo in Religionem, qua poſt imbuendi ſunt,  
retingendos eſſe furioſè clamitant.

22. At enim quemadmodum Iudæis ſub deprava-  
tiſſimo Iudaismo in medio Phariſaismo & Saduceismo  
non obfuit, dum ab impuris & ſuperſtitioſis ſacerdoti-  
bus circumciſi ſunt: neq; propterea Sacramentum il-  
lud ipſis Prophetarum miniſterio rectius inſtitutis fuit  
iterandum: ita quoq; illis non oberit, quod in Papiſmo  
ab impuris ſacrificulis baptizati ſunt, neq; propterea  
Baptismus de novo illis iterandus fuit.

23. Peccato tamen non carent parentes, qui hodie  
eiurato Papatu, purum Chriſtianiſmum amplexi, libe-  
ros ſuos ſacrificulis baptizandos offerunt.

24. Quod idem de Calviniſtarum etiam Baptiſmo  
eſt iudicium, quippe qui pari cum paſſu hac quidem in  
parte ambulant.

25. Ex his etiam de Baptiſmo, in caſu neceſſitatis à  
laicis aut foeminis adminiſtrato, haud difficile eſt ſta-  
tuere, num verus fit & efficax: an verò Pſeudobapti- *Beza l. 1.*  
ſmus, quo nomine à Beza indigetatur. *Ep. 12.* Qui enim hoc

B

fixum



Haymo su-  
per Euang.  
in die Pen-  
tecost.

fixum animo tenet, quod Sacramenti veritas & inte-  
gritas, non à personæ extrinsecus aquam affudentis,  
qualitate aut dignitate suam habeat dependentiam &  
valorem: sed à Christi institutione, promissione, vir-  
tute, morte, resurrectione: Et quod qualiscunq; sit  
minister exterior: Spiritus sanctus sit operator inte-  
rior: is protinus deprehendet hinc calumniam, & Bezae  
saniolem ac constantem mentem optabit.

Calv. l. 4.  
Inst. c.  
15. §. 16.

26. Quæ autem stabit Sabaudica hæc calumnia, si  
stabunt, quæ Sabaudus alius scribit his verbis: Si verum  
est, quod constituimus, Sacramentum non ex eius ma-  
nu æstimandum esse, à quo administratur: sed velut  
ex ipsa Dei manu, à quo haud dubiè profectum est: in-  
de colligere licet, nihil ei adferri vel auferri eius digni-  
tate, per cuius manum traditur. Ac perinde atq; in-  
ter homines, si qua missa Epistola fuerit, modò satis  
& signum & manus agnoscat, minimè refert, quis  
aut qualis tabellarius fuerit: ita nobis sufficere debet,  
manum & signum Domini nostri in Sacramentis suis  
agnoscere, à quocunq; tandem tabellario deferantur,  
Et paucis interiectis addit. Ut maximè Dei & totius  
pietatis ignari & contemptores fuerint, qui nos ba-  
ptizent: quia tamen non in suæ ignorantia vel sacri-  
legij consortium nos tinxerunt, sed in fidem Iesu Chri-  
sti, quodq; non suum: sed Dei nomen invocaverint,  
nec in aliud nomen baptizaverint: Baptisma Dei esse,  
habens inclusam promissionem de remissione pecca-  
torum & mortificatione carnis.

27. Sed quid iterum rei est, quod idem hic au-  
tor sui prorsus oblitus, alibi Baptismum à pijs & re-  
ligiosis



ligiosis mulieribus vel laicis, necessitate ita poscen- <sup>Ca. 1. 2.</sup>  
te, administratum exagitat, & satius esse dicit Ba- <sup>defens. contra</sup>  
ptismum in eiusmodi necessitatis casu omitti, quam <sup>Westph.</sup>  
illicita hac mulierum usurpatione profanari? Num- <sup>l. 4.</sup>  
ne plus in vera pietate mutatio sexus, quam in <sup>Inst. c. 150.</sup>  
profanitate summa ordo saltem conditionis circa hæc <sup>9. 23.</sup>  
mysteria præstabit?

28. At verò longius etiam progreditur Beza, <sup>Beza l. 2.</sup>  
quem calumniandi cacoëthes ita infatuavit, ut om- <sup>Q. 9. 140.</sup>  
nis modestiæ oblitus pro fabula etiam Gynæcoba- <sup>quest. 144</sup>  
ptismum proclamet, & prorsus naucifaciat: Interim  
Satanæ Baptismum, si quem ille administrare queat,  
pro vero habere velit. Age iterum dicimus, Non  
est pro nihilo aut irrito habendus Baptismus, cum  
hæreticus conspurcissimus sacrificulus baptizat aqua  
in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti: & vitio-  
sus erit, parumq; efficax, datus piæ mulieris mini-  
sterio? Valebit ab Epicuræis Religionis Christianæ  
illuloribus ac *Deositas* prorsus omnis ignaris atq;  
contemptoribus, modò non in suum sed Christi no-  
men fidemq; datus? Et à religiosa pietatisq; studio-  
sa foemina datus non valebit? deniq; Satanas hostis  
Dei & hominum ἀσπυδῶς, qui in Baptismo eiura-  
tur cum omnibus suis studijs atq; operibus, ritè ba-  
ptizabit: Et religiosa mulier, cohæres gratiæ Dei,  
& membrum corporis, ac regalis Sacerdotij Christi  
non ritè baptizabit?

29. At benè est. Expleat iste suam calumni-  
andi libidinem: nobis sufficit huiusmodi factum  
in figura & typo suo iamdudum à D E O &  
B 2 Ecclesia



Ecclesia fuisse approbatum. Si enim toleratum fuit, imò etiam non improbatum à Deo factum mulierum Iudaicarum in V. T. quæ filiolis suis ipsæ circumcisionis Sacramentum administrârunt, qua conscientia culpabile, si Christianæ materculæ, Iudaicas imitatae, infantibus in mortis periculo constitutis, idem baptizandi ministerium præstent? Exemplo est non tantum  
*Exo. 4. 26.* Tzipora coniunx Mosis: Verum & plures aliæ Machabæorum mulieres, quæ sub Antiochena tyrannide ob hoc ipsum martyrio coronatæ, facti sui æternam apud posteros laudem meruerunt.

*1. Mach. 1. 63.*

30. Quid? quòd mulieres non paucæ in præconian- do etiam operam Domino navarunt utilem, & citra omnem Dei offensam aut intolerabilem ministerij profanationem, partes docendi ita obierunt, ut non dubitet spiritus Sanctus etiam Prophetissarum nomine eas dignari, in quarum classe fuit Debora, Hulda, Hanna & similes.

*Aug. l. 2. contra Ep. parmen. c. 16.*

31. Consequens est hinc, In casu necessitatis domi baptizatos à mulieribus nequaquam esse rebaptizandos (quod fieri necessum esset, si nihil id præstaret fabulæ) sed collatum ab ipsis Baptismum pro vero, effi- cace & salutari habendum. Nihil enim refert, inquit Aug. à quo quis baptizetur, ideoq; voluit Dominus à servo baptizari, ut doceret humilitatem & ostenderet non interesse, à quo quis baptizaretur.

*Epiph. contra haeres. l. 1.*

*Aug. l. 2. contra parm. c. 13. Hier. contr. Lucif.*

32. Displicet interim nobis Marcionitarum *ἀποχριστία* & profana confusio, qui etiam extra necessitatis casum euangelizandi & tingendi cuivis dabant licentiam. Nulla enim cogente necessitate, si hoc fiat, alieni mu- neris usurpatio est, teste Aug. si autem cogit necessitas, baptizare, scimus convenire etiam laicis.

33. Sub



33. Substantialia Sacramenti baptismi, quæ *συστάσις*  
& constitutionem essentiae eius ingrediuntur, sunt duo,  
Elementare & Coeleste.

34. Elementare externum & visibile est Aqua sim-  
plex & pura.

35. Coelestem rem atq; invisibilem in sanguine  
Christi nos statuimus.

36. Et quidem quantum hunc concernit, apud nos  
equidem nemo est, qui inficias eat, *συμπεπλεγμένως*  
saltem & in suo complexo Baptismati eum adesse, eius-  
que ibi quandam fieri alperionem in vero usu. Absq;  
sanguine enim nulla fit remissio aut à peccatis emun-  
datio. Vnde non iuscitè August. & Beda aiunt: Ba-  
ptismum rubere sanguine Christi.

*August.  
Tract. I 116  
in Ioannem  
Beda super  
Psal. 80.*

37. Verùm ne in classem accidentium ille abeat, nos  
in essentialium partium numero eum esse constituen-  
dum censemus. Et quamvis idem essentialis pars est  
coenae Dominicæ ad bibendum istic à Christo nobis  
propinatus, non est tamen à vero dissentaneum, si idem  
etiam Baptismi *τὸ δεῖν* & essentiam ingredi dicatur,  
non sub potationis ratione: sed sub ablutionis: perin-  
de atq; aquæ non ad abluendum tantum: sed ad bibe-  
ndum etiam usus est.

38. Porro non fructum & beneficia sanguinis Chri-  
sti: sed ipsam eius substantiam hoc loco intelligimus:  
sic nimirum discessione facta longissima à commento  
Sacramentariorum.

39. Perperam igitur Beza aduersus Flacium negat, *Apolog.  
H. st. 13.*  
Simonem Magum unum integrum cum Simone Petro  
accepisse Baptisma, eò quòd illic sanguinis Christi par-  
ticeps factus non fuerit.



Beza in  
summa  
doct. de re  
Sacram.  
quest. 6.

Parte 2. ad  
Ara Coll.  
Momp. p.  
123. p. 107.

Resp. p.  
106.

Resp. p.  
109.

40. Imò Sectarij nil nisi fumos ac nebulas ven-  
dunt, dum multum strident de sanguine Christi inter  
essentiales Baptismi partes assignando, cum reverà à  
Sacramento Baptismi longius quàm ad extremos Ga-  
ramanthas amendant. Id quod his documentis consta-  
re liquidò putamus. 1. Baptismus peragitur in terris.  
Sanguis verò Christi secundum Calvinianos non est  
amplius in terra, sed in coelo tantum. Confitentem ha-  
bemus reum Beza: Abesse Christi sanguinem & cor-  
pus à signis tanto intervallo dicimus, quanto abest ter-  
ra ab altissimis coelis seu à beatorum sede. 2. Bapti-  
smus confertur in infantia. Aspersio autem sanguinis  
secundum istos partim fit in adulta demum ætate, par-  
tim ante Baptismum in ipso utero ante nativitatem.  
A regeneratione enim, renovatione, ablutione peccati  
originalis & imputatione totius obedientiæ Christi,  
quam Beza nunc in ipso utero, nunc (sui immemor) in  
adultæ ætate fieri opinatur, aspersio sanguinis nun-  
quam separatur & neutra potest esse sine altera. Hinc  
3. Vbi est aspersio sanguinis Christi, ibi est fides & re-  
generatio. Alterutrum verò horum infantibus ullo  
modo conferri in Baptismo, seriò aientem existis vix  
unum inveneris. Imò Beza musitat apertissimam  
esse temeritatem, statuere, infantes regenerari, ante-  
quàm adulti facti vocem Euangelij audiant, & Domi-  
no cor aripiente, credere incipiant. Porro 4. aiunt  
NIHIL amplius in Sacramentis, quàm in simplici verbo  
quærendum esse. At sanguinem Christi simplici verbi  
partem esse, qui affirmet, hætenus quidem audivimus  
neminem. Prætereà 5. Si sanguinem Christi seriò es-  
sentialem Baptismi partem statuerent, eodem quoque  
omnes in universum baptizatos tingi & lavari fateren-  
tur.



tur. Sacramenti enim substantia non à dignitate aut fi-  
de sumentis pendet: sed à fidelitate instituentis: neq; in-  
terest ad eius integritatem, quali fide imbutus sit ille,  
qui accipit. Quod ipsum ipse fatetur Beza, quando ait:  
Quasi verò Baptismi ordinationi quicquam detrahat  
accidentis indignitas, & iterum. Quis enim ipsis Sacra-  
mentis eripere possit, quod Deus cum signis coniunxit,  
nisi si quis fortasse fortior est Deo? Deinde sublatis re-  
bus signatis non certè nuda: sed nulla singa remane-  
rent, cum hæc sit relatorum natura, ut uno posito, ut-  
runq; ponatur: sublato, utrunq; tollatur. Iam conclu-  
do, si sanguis Christi est essentialis pars vel res signata  
in Baptismo: aut necessario omnes eo tingentur, aut se-  
quentur & stabilientur hæc absurda. 1. quòd Deus su-  
peretur ab homine, per quem ut fortiores Sacramento  
Dei eripiat, quod ille cum signo coniunxit. 2. quòd  
aqua sit non nudum, sed nullum signum. 3. quòd acce-  
dentis indignitate ordinationi Dei detrahatur, & 4. re-  
latorum ponatur unum non simul posito altero. Ita ni-  
mirum in Syrtes se conijciunt Calviniani, & ad scopu-  
los plurimos impingunt.

41. Sicut & in eo fallaciter sub fucò verborum Ec-  
clesiam Dei ludificantur, aut foedissima *ἀντιλογία* se-  
ipsum implicent & iugulant, quando Analogiam suam  
Sacramentarij in hunc modum comunt & pingunt: Sicut  
aqua abstergit sordes corporis, sic sanguis Christi ab-  
stergit sordes & maculas animæ, h. e. emundat peccata.

42. Ratio est, quia aliàs concors hæc ipsorum est sen-  
tentia, quam manibus pedibusq; propugnant, sanguine  
Christi divinarum proprietatum & operationum non esse  
capacem, cum propria sint *ἀκοινωνητά* Cui non consonat  
id, quòd hic parti humanitatis seu sanguini Christi unam  
earum proprietatum, & quidem præcipuam tribuunt.

Hoc



Hoc aliud quid est, quàm ἀσύντακτα scribere & pudendis contradictionibus sese involvere?

43. Hæc quasi ἐν τῷ ἀποδοῦ de sanguine Christi, quem in numero partium essentialium huius Sacramenti constitutumus, à Baptismo tamen interim tam non removens Spiritum sanctum, quàm non removetur idem à coena, licet essentialibus eius partibus non connumeretur.

44. Fitque hoc autore Christo, qui cum Nicodemus colloquens Spiritum cum aqua ita ἀδαμαντίνως connectit, ut qui excludere Spiritum ab hac actione velit, ipsa copulativa conjunctione apertissimè redarguatur.

45. Porro ὄχημα Spiritus sancti ex ordinatione Christi est aqua, φυσικὴ quidem illa & elementaris ratione substantiæ: finis tamen & mystici usus ergὸ ὑπερφυσικὴ, ac propter singulariter adiunctam promissionem, à reliquis naturæ elementis, aquarumq; fluentis immensè discriminata. Vnde ab hac aqua ad vulgarem aquam vitiosa fit collectio. Illa enim aqua est Sacramentalis, hæc nudè elementaris: illa mystica, hæc Physica: illa gratioso & peculiari promissionis verbo vestita & inclusa, hæc pura pura & nuda aqua.

2. Reg. 5.  
vers 13.

46. Errorem similem animadverterunt servi Naëmani Syri, ab aquis Syriacis ad aquas Iordanis, de quibus facta erat promissio, perperam argutantis. In quo attentionis studio dolendum est hodie multos esse servos Syrijs inferiores, etiam ex ijs, qui fidei Christianæ magistri videri volunt, cuius tamen nondum sunt discipuli.

47. Porro aqua est & esse debet, quæ partis huius locum unicè obtinet in hoc Sacramento. In quo elemento



elemento mutando nihil auctoritati humanae potestatis est residuum.

48. Scribit alicubi Beza: Desit aqua: ego certè quovis alio liquore non minus ritè baptizàrim, quàm aqua. Sed heus mi homo, unde tibi, dic amabò, ista prodigalitas in mutandis Christi Sacramentis, hoc est, tremendis istis mysterijs? unde illa temerandi potestas? Itaq; id tibi occinimus duntaxat, quod de Sacramentis Calvinus tuus scripsit, Nihil hìc esse vel sanctius, vel melius, vel tutius, quàm unius Christi auctoritate nos esse contentos. Item, Respuere fas esse omnibus pijs, quicquid ad Christi institutionem addere ausint homines.

Beza ep. 203

Calv. Inst. c. 150  
q. 16.

49. Sin Beza pugnare velit, illum peregrinum suum quemcunq; liquorem non minus ritè observari & retineri posse, quàm aquam: age demonstret, non minus propè hunc accedere ad institutionem, quàm aquam. Hoc opus, hic labor. Hìc hærebit aqua.

50. Interim patienter ferat has nostras assertiones: In substantialibus Sacramentorum non licet quicquam immutare. Institutioni Sacramentali nemini licet detrahere. Quicquid non constat verbo mandati & promissionis, non est vel Sacramentum vel pars Sacramenti. Sacramentum enim, inquit Calvinus, nisi certo verbi Dei fundamento nitatur, de filio pendet. Quod destituitur verbo, non est ex fide, neq; gignit consolationem. Quod Christus in suo Baptismo non consecravìt, non est lavacrum regenerationis. Restat hæc conclusio, non licitum esse, cerevisia, lacte, vino, saliva, opobalsamo aut quovis alio liquore vel humore præter aquam baptizare.

Calv. l. 4.  
Inst. c. 16.  
q. 1.

C

1. Quòd



51. Quòd autem per aquam Baptismus datur, huius  
*Rabanus l. 1. de serm. prop. c. 11.* hæc aliqua videtur esse ratio, quæ à Rabano assignatur, ut res seu gratia huius Sacramenti invisibilis per convenientiam per contactabile & visibile impenderetur elementum, super quod etiam in principio ferebatur Spiritus.

52. Neque enim in Sacramentalibus speciebus quæ-  
*Alger. l. 3. de Euch. s. 4.* sivit Dominus dignitatem, sed aptitudinem. Sic quia aqua extinguit, mundat & candidat præ exteris liquoribus: Ideò etiam in baptisate carnis incentivam restringit, peccatorum tam originalis, quàm actualium labem abluit, & innocentia candorem reducit. Quam aquæ cum Baptisate convenientiam adstruit etiam  
*Amb. in 6. 6. Rom.* Ambros. Ideò Baptismus per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluit, ita & nos per Baptismum ab omni peccato spiritualiter purgatos & innovatos credamus.

53. Vnde autem ista tanta virtus aquæ, ut corpus  
*Aug. de Cact. l. 3.* tingat & cor abluat? Nisi faciente verbo. Quonam illo? solennis tum institutionis tum promissionis.

54. Et hoc verbum facit ad Sacramenti tum integri-  
*Aug. tract. 80. super Ioan.* tatem, tum efficacitatem. Detrahe enim verbū, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementū & fit Sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum.

55. Nequaquam enim hoc Sacramentum iustificat  
*Luth. art. 5. Concil. Mant.* ex opere operato, quod Bellar. videtur, neq; hominem à peccatis emundat contactu suo, aut essentiali aliqua virtute, & spirituali efficacia externo elemēto aquæ in- hærente, & à Deo infusa, in qua opinione fuit Thomas cum prædicatoribus Monachis, quam sententiam Lutherus disertè reijcit: Sed in verbo promissionis, quod annexum est elemento, quærit, apprehendit & accipit fides gratiam Patris Salvantis & adoptantis, meritum  
filiij



filiij mundantis, & efficaciam Spiritus sancti regene-  
rantis & renovantis.

56. Hinc Apostolus ait, Christum mundare Eccle- *Ephes. 5o*  
siam suam lavacro aquæ in verbo. Quo sensu etiam *vers. 26o*  
Apologia Aug. Confess. eundem effectum & virtutem  
verbo & Sacramentis tribuit.

57. Sicut igitur Euangelium est potentia Dei ad sa-  
lutem omni credenti, non quòd magica quædam vis  
characteribus, syllabis aut sono verborum inhæreat:  
Sed quia est medium, organum & instrumentum, per  
quod Spiritus S. efficax est, proponēs, offerens, exhibēs,  
distribuens, donans & applicans meritū Christi & gra-  
tiam Patris: ita & Sacramento Baptismi tribuitur virtus  
seu efficacia, non quòd in hoc extra seu præter meritū  
Christi, misericordiam Patris & efficaciam Spiritus S.  
quærenda sit gratia ad salutem: Sed quia est causa in-  
strumentalis, & medium seu organon per quod Pater  
vult gratiam suam exhibere, Filius meritum suum cre-  
dentibus communicare, & Spiritus sanctus utrunq;  
beneficium applicare in iisdem & obsignare.

58. Quamobrem Lutherus, quando in minori Cate-  
chismo ait, Baptismum operari remissionem peccato-  
rum, liberare à morte, & potestate Satanæ, ac donare  
æternam beatitudinem credentibus, &c. nequaquam  
virtutem & efficaciam hanc tribuit, vel elemento aquæ  
per se vel actioni ministri externæ: sed ipsi Deo, qui ta-  
lia non immeditatè: sed per lavacrum aquæ in verbo o-  
peratur, donat & efficit, ut in maiori Catech. planissimis *Luth. 4o*  
verbis sese explicat ipse, ut nulla ne levisima quidē su- *parte*  
spiciuncula, aut idololatriæ periculum relinquatur, nisi  
maleferriatis hominibus, qui aërē venantur, & tenebras  
lucem, ac lucem tenebras dicere solent, cuius farinae est



Tossanus & Beza, qui contra conscientiam Lutheranos idololatriæ arguunt.

59. Forma Baptismi consistit in ritibus illis à Christo constitutis, qui duo sunt, quos adhiberi omninò necessum est.

60. Vnus est Invocatio Trinitatis super baptizandum secundum præscriptum Salvatoris, iubentis baptizare in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti. Sicut enim credimus in Patrem, Filium & Spiritum S. sic & baptizamur in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti, Basilio teste.

*l. de Spiritu  
S. c. 12.*

*Iren. l. 1.  
c. 18.*

*Guliel. c. 2.  
de Bapt.*

61. Neq; admittenda hîc est personæ vel detractio, qualis fit à Gnosticis, qui omisso Spiritu sancto, baptizant in nomine Ignoti Patris, in nomine Matris omnium, & in nomine descendens Iesu: vel additio, ut quòd Gulielmus personis Trinitatis adijcit B. virginem Mariam. Quæ actio non Baptismus Christi est: sed hæretica potius eiusdem profanatio. Baptismus enim Christi est, in quo servatur institutio Christi, à qua per fidem & conscientiam ne latum quidem unguem discedere licet.

*Orig. l. 1. de  
princip.*

62. Hinc Orig. Salutaris Baptismus non aliter, nisi excellentissimæ omni Trinitatis autoritate, id est Patris, & Filij, & Spiritus sancti cognominatione completur, ut ingenito Deo Patri, & unigenito eius Filio nomen quoq; Spiritus sancti copuletur.

63. Diserta igitur & expressa facienda est mentio omnium & singularum Benedictæ Trinitatis hypostaseon, propter præscriptum & iussum Christi, qui singulas personas exprimi voluit, eò quòd singulæ suum (indivisè tamen & ἡνωμένως) in sacrosancta actione conferunt ἐπιβάλλοντες & beneficium, Pater adopratur.



ptat in Filios, & facit hæredes regni sui: fratres autem & cohæredes Christi. Filius solvit nexus peccatorum, inferens morti suæ, & induens stola iustitiæ, Spiritus sanctus hæreditatem filiationemq; obsignat, & veterem hominem mortificat, ut novus resurgat, qui de die in diem proficiat, & à gloria ad gloriam transformetur.

64. Monendum autem obiter & hoc est, quòd etsi Christus ministris suis non præscripserit, quòd vel quibus vocibus ministerij sui functionem essent peracturi: formula tamen in Latinis Ecclesijs recepta & usitata, qua dicit minister, Ego Te baptizo in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti, propius accedit ad mandatum Domini, & applicationem, sanctionemq; fœderalem, ideoq; etiam confirmandæ fidei & excitando pietatis studio est accommodatior, quàm formula Græcanicarum Ecclesiarum, qua non nisi individuum vagum nominatur, Baptizetur servus Domini in nomine Patris, &c.

65. Alter ritus substantialis est externa ablutio à ministro per aquam facta, quæ constat immersione & emersione seu aspersione tantum. Nihil enim refert, ut disputat Cypr. siue baptizandus totus aqua mergatur, siue aspersa aqua perfundatur, cum à modo administrandæ aquæ non pendeat Baptismi virtus, & tam aspersione, quàm immersio sit  $\lambda\beta\tau\epsilon\omicron\nu\acute{\upsilon}\delta\alpha\tau$ . Id quod exemplo eorum, qui baptizati sunt in lectis (quod aspersione utiq; factum est) abundè patet.

66. Est autem utraq; immersio & aspersione iterum duplex, Trina vel Vna. Trina repræsentationem habet & sepulturæ Christi, (Ansh. & Leo. Triduanam Sepulturam imitatur trina immersio) & Trinitatis personarum.

Ansh. in 2.  
Col. Leo  
ser. 14.  
de pass.

C 3





*Hier. in 4.  
c. Eph.  
Dam. in Ep.  
de Trifagio  
Concil. Tol.  
IV. can. 5.* personarum in sacrosancta Divinitate, ut apud Hier. & Dam. videre est. Unica autem immersio significat unam in Tribus personis essentiam. Concil. Tol. In genere verò notandum est, ut non frustra monet Gregor. de hoc ritu non esse contendendum, modò aquæ fiat dispensatio.

*Isych. l. 2.  
in 8. c. Le-  
vit.* 67. Habet hæc ceremonialis actio suas etiam quasdam observationes. Externa enim lotio notat, peccatorum sordes sedulò abluendas esse. Mersio in aquam notat tum tribulationes, quæ credentibus à Satanæ regno sustinendæ sunt, (Isych.) tum veteris carnis mortificationem. Emergio autem, Spiritus vivificationem, vitæq; novitatem, quæ sequi debet.

68. Præter duos iam commemoratos substantiales (si ita loqui fas est) ritus, sunt adhuc alij antiquitus in hoc Sacramento adhiberi soliti, non necessariz, sed liberæ observationis, quos accidentales appellare possimus, quia substantialibus supervenerunt, ut prægustatio lactis & mellis, scrutinium, nominis impositio, abrenunciatio Satanæ & studiorum eius, *χερσονία*, facis accensæ gestatio, candidæ vestis applicatio, talis asper- sio, patrinorum fideiussio, confessio & exorcismus. Ex quibus, quemadmodum eos, qui exoleverunt, postlimi- niò in Ecclesiam revehere nulla cogit necessitas: ita eos, qui frequentari hætenus sunt, & in usu sine super- stitione superstites manserunt, intempestivè & tumul- tuariè abolere Christiana haud patitur libertas.

69. Præcipuè Exorcismus, quò maiori impetu non tantùm à iuratis Religionis nostræ hostibus, Sacramen- tarijs, verùm etiam à falsis fratribus infelici conatu hæ- tenus impugnatus est: eò ardentiori zelo retineri de- bet, ne hostibus libertas, quam exploratum & eversum  
subin-



subintrârunt, prodatur: aut iugo eorum nos constringi  
patiamur: Sed in libertate, qua Christus nos vocavit,  
persistamus.

70. Neque enim hic ritus rectè usurpatus vel im-  
pietatis, vel superstitionis quicquam habet, ut sepeliri  
eum, aut abrogari necessum sit, sed piam continet com-  
monefactionem de rebus non vulgaribus, ut, 1. de atro-  
citate hæreditarij mali, peccati originis in omnibus.  
2. de corruptione & immunditie eorum etiam, qui è  
sanctis & fidelibus parentibus sunt oriundi. 3. de tyran-  
nide & dominio Satanæ in non regeneratis. 4. eorun-  
demq; in regno tenebrarum miserrima captivitate. 5.  
beatissima per Christum facta ex illo liberatione. 6. ba-  
ptismi deniq; totiusq; ministerij hominibus concrediti  
efficacitate. Quæ omnia in Exorcismi ritu (præsertim  
verbis illis ministri, Ego te adiuro in nomine Domini  
nostri Iesu Christi, ut recedas ab hoc servo Dei) illustri  
repræsentatione ob oculos ponuntur.

71. Et licet corporaliter parvuli à maligno illo Spi-  
ritu obsessi non sint, ut mulier in Actis Pythonicū spi-  
ritum habens, quem exorcizans Paulus eiecit: Spiritua-  
liter tamen ab eo vinctos & in regno eius captivos ac  
mancipatos teneri, nemo inficiabitur, nisi qui ignorat,  
nos omnes esse naturâ filios iræ, & non baptizatos ex-  
ulare à regno cœlorum.

72. Cui mysterio significando non obscure servit  
ceremonia Exorcismi. Quod enim intus operatur Ba-  
ptismus, exterius significat Exorcismus, & quod intus  
peragit virtute sua Christus magister, exterius denun-  
ciat verbis minister.

73. Quapropter multum fallunt & falluntur hostes *Martyr. in*  
Exorcismi, quando Exorcismo opponunt Baptismum *2. Reg. 8.*  
& sanguinem Christi, eo prætextu, quia per hæc unicè è  
pote-



potestate & tyrannide Satanae vindicemur. Equidem hoc nos non ignoramus: Christo gloriam suam, Baptismo laudem atq; efficaciam suam constanter asserimus: neq; illis Exorcismum, ut *συναίτιον* quoddam adiungimus: non efficiendi, non causandi: sed commonefaciendi, significandi & repræsentandi partes duntaxat eidem tribuimus: deniq; eundem observamus non lege necessitatis, verum regula libertatis, cui pro ædificatione subiacent indifferentes omnes Ecclesiae ritus.

74. FINES Baptismi pro varia Sacramenti gratia varij sunt. Ita verò possunt distribui, ut unus sit summus & ultimus, nimirum præstare salutem: reliqui *ὑπέλληλοι* & intermedij, qui ad ultimum illum tendunt & destinantur, cuiusmodi hi ferè sunt, initiare societati Ecclesiae, aperire ingressum in foedus, inserere Christo, facere membra corporis eius, mundare à sordibus animæ, conferre regenerationem & renouationem, applicare peccatorum remissionem, donare Spiritum sanctum, *σφραγίζεν* iustitiam fidei & afferre bonam conscientiam benè respondentem apud Deum per resurrectionem Iesu Christi.

75. Hic ringuntur, hic tumultuantur & debacchantur adversarij, ut aperto Marte veritati bellum facere, & Christo cum Apostolis, verbo cum Sacramentis dicant scripturire videantur. Adeò enim extenuant, elevant & decorticant hoc Sacramentum, ut ei plus quàm castæ nuci nihil ferè videantur reliquū facere. Nam neq; fidem aut salutem: neq; regenerationem aut renouationem: neq; adoptionem aut filiationem, per Baptismum præstari & conferri: sed hæc bona vel in ipso exortu accepta: vel in senectâ fortè accipienda declarari & significari duntaxat, communis apud ipsos est garritus.

76. Testi-



76. Testimonia sunt in promptu. Ita Cingl. Non *Cingl. comp*  
 ideò dari solet Baptismus, ut in homine quicquam ope *Struß.*  
 retur: sed ut novo huic tyroni, qui militiæ Regis no-  
 stri Christi & Ecclesiæ nomen dat, commune illud po-  
 puli Dei signum conferatur. Item, Non datur fides in  
 Baptismo, non adfert gratiam Baptismus, sed gratiam *In Ratione*  
 factam esse ei, cui datur, Ecclesia testatur. Idem, Ex- *fidei ad*  
 ternus Baptismus aquæ ad peccatorum ablutionem *Carol.*  
 NIHIL facit. Rursum. Baptismus non plus potest ad *De Bapt.*  
 iustificationem, quàm apud Iudæos mare ac nebula.  
 Et. Baptismus Sacramentum est rem significans, nempe *Ad princip*  
 suscipientem esse de Ecclesia, non quòd Baptismus rem *German.*  
 præstet, sed ut rem prius præstitam multitudini teste-  
 tur. Sequitur hunc Oecolampad. qui ex produce suo *Oecol. l. de*  
 Cinglio scribit, Aquam mysticam in Baptismo non re- *verb. Do-*  
 generare, neq; efficere filios Dei, sed declarare. Simi- *mini c. 2.*  
 lia scribit Bullingerus. Etiam Calvinus, qui aliàs vi- *Bull. super*  
 deri vult rem altius repetere, Baptismum signum tan- *1. Cor.*  
 tum facit initiationis, quo in Ecclesiæ cooptemur so- *Calv. l. 4.*  
 cietatem. Item ait, Non dari Baptismum paruulis, ut *Inst. c. 15.*  
 efficantur filij Dei. Et, Non perfici aqua salutem, neq; *q. 1. & q.*  
 regenerandi, purgandi aut renovandi virtutem conti- *22. & q. 2.*  
 nere aquam, neq; salutis causam: sed duntaxat dono-  
 rum spiritualium cognitionem percipi in Baptismo.  
 Et in Antidoto quodam eò impudentiæ progreditur, *Antidot. ad*  
 ut neget parvulos opus habere Baptismo, ceu necessa- *art. Paris.*  
 riò salutis adminiculo. Idem docent Heidelb. & Galli, *Heidelb. in*  
 Sacramenta esse tantum gratiæ Dei pignora & tesseras. *Catech.*  
 & P. Martyr. per verbum & Sacramenta significatur *Galli in*  
 nobis reconciliatio cum Deo. *Conf Gall.*

77. Nequicquam modestior, verum multò impu- *Mart. super*  
 dentior est Beza, qui bis ingeminat, Sacramentali *Rom. c. 6*  
 aquæ, *Beza parte*  
*2. ad Acta*  
*Coll. Momp*  
*p. 112.*

D



aquæ, aliam vim, quàm significandi, tribuere, manife-  
 Pag. 117. stam esse idololatriam. Non aliquid divini præter  
 significationis usum, verbo & Sacramentis tribui. Ne  
 Pag. 116. tantillum quidem divinæ suæ virtutis hominibus reno-  
 vandis aut æterna vita servandis, Deum verbo aut  
 Pag. 115. Sacramentis attribuisse. Deum principalè, Sacramenta  
 autem instrumentalem conferendæ gratiæ causam fa-  
 cere, esse errorem ex foetidis Scholasticorum lacunis  
 Pag. 113. haustum. Aquam non esse effectivum regenerationis  
 instrumentum, aut organon Spiritus, per quod regene-  
 ratione operetur. Item. Neq; omnes, Neq; aliquos in-  
 In Prefat. fantes in Baptismi momento regenerari, eos enim, qui  
 Resp. ad Acta Coll. ab æterno sint reprobati, nunquã regenerari, si milles  
 Parte 2. baptizentur, qui verò electi, si sint in infantia moritu-  
 Pag. 106. ri, in ipso exortu donari regeneratione & renovatione,  
 Pag. 118. imputata illis ablutione peccati originalis, & perfecta  
 Christi obedientia: qui verò sint ad adultam ætatem  
 perventuri, regenerari demum, quando ex auditu ver-  
 bi verã fide donantur. Item. Neminem baptizari, ut  
 tunc primùm Christum & eius beneficia participet.  
 Non esse primum ad salutem aditum Baptismum, sed  
 propagationem ex ijs parentibus: Non esse primum  
 Pag. 102. ad foedus ingressum, baptizatum esse: sed in Ecclesia  
 natum esse.

78. Ab hac perverfa opinione & ετεροδιδασκαλίας  
 Ecclesia Lutheranorum est longè alienissima, & ex  
 verbo Dei planè contrarium sapit atq; sentit: Esse ni-  
 mirum Baptisma, non tesseram tantùm atq; notam pro-  
 fessionis Ecclesiæ, non symbolum duntaxat donorum  
 Spiritus & beneficiorum Christi: non pignus modò in-  
 visibilis & spiritualis gratiæ: non signum vel initiationis  
 aut adoptionis iam antè factæ, vel regenerationis post  
 demum



demum futuræ: sed esse causam instrumentalem & ὄργανικὴν, per quā homo Christo & foederi primū infertur, è regno & potestate Satanæ emancipatur, in regnū gratiæ transfertur, filius Dei efficitur, à peccatis suis purgatur, regeneratur, renovatur & deniq; servatur.

79. Quod dogma tanta scripturarum approbatione fulcitur, & tanta testium quasi nube cingitur, ut mirum sit, si quisquam contrā mutiat.

80. Primus testis est ipse Christus: Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu & aqua, non potest intrare regnum cœlorum. Vbi tria Christus docet. 1. Baptismi necessitatem, ut qui citra æternum salutis dispendium & iacturam sperni aut omitti nequeat, eò quòd, quicquid ex carne nascitur, caro sit. Caro autem, *σαρξ καὶ αἷμα βασιλεία τῆ θεῶ ἐπιελθεῖν ἢ κληρονομήσαι ἔδύναται.* Ioh. 3. v. 5.  
Ut igitur homo fiat *εὐθετός εἰς βασιλείαν θεῶ*, necesse est ut renascatur, & originale peccatum primæ natiuitatis expietur. 2. Effecta Baptismi duo memorat, renascentiam, & ingressum regni cœlorum. Ante Baptismum enim sumus *σαρξ ἐκ σαρκὸς*: post, *πνεῦμα ἐκ πνεύματος*: ante, *ξένοι καὶ πάροικοι*: post, *συμπολίται τῶν ἁγίων καὶ οἰκῆθαι τῆ θεῶ*. 3. *αἵτοιιν ποιητικὸν καὶ ὄργανικὸν* attexit, nimirum aquam & Spiritum, quæ duo coniunctim regenerationem in homine non significant, sed *ἐνεργητικῶς & ὄργανικῶς* præstant. I. Cor. 15. 30.

81. Non minus idem ex altero quoq; Salvatoris testimonio adstruitur, quod habetur Marci decimo sexto. Qui crediderit ET baptizatus fuerit, salvus erit. Vbi fides & Baptismus simul connectuntur, & utriq; salus adscribitur, Baptismo quidem, ut ordinario instrumento ex parte Dei, quo in vase quasi thesaurum salutis offert: fidei verò, ut medio

teu gill

D 2

ex



De Spiritu  
6. 12.

1. Pet. 3.  
21.

Ti. 3. 5.

ex parte hominis, quo salus promissa & oblata apprehenditur. De quo Basilius in hunc modum: Fides & Baptisma duo sunt modi parandæ salutis inter se cognati & inseparabiles.

82. Cum testimonijs Christi consentit etiam testimonium Apostoli testis secundi, qui sic inquit: Cui respondens Baptisma, nos quoq; salvos facit, non depositio sordium carnis: sed stipulatio bonæ conscientie erga Deum, per resurrectionem Iesu Christi. Vbi Apostolus ita de Baptismo loquitur, ac si totum septennium in Lutheranorum scholis enutritus, ipsorumvè doctrina à teneris imbutus esset. Nam expressè inquit, Baptisma nos servare, perinde atq; aquæ diluvij servârunt Noah cum sua familia. Item, Non esse depositionem sordium carnis: sed adferre bonam conscientiam erga Deum. Exclament iam & more suo vociferentur adversarij, Lutheranos de Baptismo facere idolum, detrahere Deo operis sui gloriam, partem salutis transferre ad Elementa. Item, manifestam esse idololatriam, vim ullam aliam aquæ Sacramentali tribuere, quàm significandi. Et viderint, qui non mendacij arguant, reumq; idololatriæ agant Apostolum?

83. Non minus Lutheranis adstipulatur alter ille Apostolus, qui Petro dextram societatis dedit, ita enim ille: Salvos nos facit Deus secundum magnam misericordiam suam; PER lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti. Quid verò est Calvinistarum doctrinam conculcare, & *περὸν ὑμῶν* Cinglianam in ventos dissipare, si hoc non est? Adhuc ne dicent Baptismo aquæ præter significandi usum nihil posse attribui? Annè salvum facere, est significare salutem? Lavacrum regenerationis idem est, quod  
signum



signum lavacri? Cur non etiam dicunt lavacrum aquæ  
Ephes. 5. esse signum lavacri aquæ? & sic absq; labore  
subversis Principijs obtinerent victoriam. Atqui nos  
sic ex Apostolo concludimus. 1. Quod est lavacrum  
regenerationis, non est eius duntaxat signum, sed ve-  
rum organum. Baptismus est lavacrum regeneratio-  
nis. Ergò. 2. Illud PAR quod salvamur, id non signi-  
ficat salutem tantum, sed per illud salus verè efficitur.  
Per Baptismum salvamur: Ergò. Propositio proba-  
tur hoc pro syllogismo. Signa, quatenus tantum signa  
sunt, & non simul etiam causæ: non efficiunt salutem.  
At Sacramentum Baptismi est signum & non simul  
causa salutis, secundum Calvinum, Bezam, Sohnum,  
&c. Ergò.

84. Eandem sententiam adstruit etiam Apostolus *Eph. 5.26*  
ad Ephesios, scribens, Christum mundare & sanctifica-  
re Ecclesiam suam lavacro aquæ in verbo. Iterum ne  
hic garrient Sacramentarij de sua Metonymia? At  
textus ita eludi se non patitur. Neque enim hoc loco  
mundare idem est, quod munditiem significare aut de-  
clarare. Et ipsa locutio satis ostendit, non *σημασι-  
κῶς*: sed verè & *ὀργανικῶς* mundandi effectum de la-  
vacro aquæ prædicari. Id quod etiam fatetur super *Marlor. sua*  
hunc locum Marloratus. *per Eph. 5.*

85. Prætereà in Epist. ad Galatas, quid aliud agit *Gal. 3.27*  
Apostolus, quàm Lutheranos defendit & Baptismum  
contra Calvinistarum corruptelas vindicat? Quot-  
quot, ait, baptizati estis, Christum induistis. Hinc con-  
cludo. Si in Baptismo Christus induitur, ergò Bap-  
tismus est primus ingressus ad salutem & foedus Dei. In  
foedere enim nemo est, qui in Christo non est. Item. Si  
quotquot in Christum baptizamur, Christum induunt,

D 3 ergò:



ergo, quotquot in Christum baptizantur, simul etiam regenerantur. Christum enim quod quis induat, nec simul regeneretur, vel mente cogitari nequit, nedum fieri. At verum primum. Verum igitur & secundum.

Rom. 6. 3.

86. Epistola etiam ad Romanos indubium Lutheranis contra Calvinianos perhi. et testimonium. Quotquot baptizati sumus in Christum, in mortem eius baptizati sumus. Cuius dicti tanta est lux & evidentia, ut etiam Calvinus ipse in institutionibus, nolens volens, pro Lutheranis interpretari cogatur.

Cal. l. 4.

Inst. c. 18.

q. 5.

Act. 22. 26.

87. Magnificè quoq; Baptismi dignitatem & salutarem efficaciam commendat Pauli Baptista Ananias, qui ad eum conversum & iam factum Apostolum ait: Surge, baptizare & ablue peccata tua, innuens, Baptismum esse lavacrum, quo verè & efficaciter animi abluantur inquinamenta, & carnis expientur delicta.

Act. 2. 36.

Quod idem Petrus multitudini Ierosolymitanæ testatum fecit, iubens unumquenq; illorum baptizari in remissionem peccatorum.

88. Stat igitur contra Calvinianos impetus invicta & incòcussa veritas, quòd Baptismus non tessera tantum aut pignus sit invisibilis & Spirituális gratiæ: sed eiusdem efficax organum: quodq; non offerat tantum: sed actu etiam conferat: non mòdò significet regenerationem, sed simul etiam operetur: non declaret tantum filios Dei, sed efficiat: non cognitionem duntaxat salutis: sed verè simul causam eiusdem præstet.

89. His testimonijs si Calviniani contenti esse nolint, abiecta præconcepta opinione oculos mentemq; convertant ad efficaciam verbi diuini, quæ ubiq; in Scripturis est decantatissima, considerandam, & sic errorem facilius agnoscent. Si enim Sacramentum Bapti-

smatis



smatis non est organum salutis, aut medium efficaciter conferendi gratiam, tum neq; ipsum verbum tale quid præstare unquam poterit. Sacramentum enim est verbum visibile, & quantum in se potest verbum, tantum quoq; in verbo potest Sacramentum.

90. Iudicent igitur omnes pij, cordati & fideles Christiani, imò omnes, qui sanæ mentis sunt, quàm absurdum, quàm in verbum & Sacramenta Dei irreverens, imò quàm in ipsum Deum contumeliosum sit portentosum illud Calvinistarum dogma, ex quo & illud consequitur, Deum Ecclesiam suam vanis spectris & nudis signis lactare, quibus rerum veritas non subfit, &, ut antè dictum, cassis nucibus pascere velle. Ita enim ex sua Sabaudia latrat Beza, Neq; verbo, neq; Sacramentis quicquam ultra significationis usum, vel tantillum divinæ virtutis esse tribuendum. O tempora, O homines!

*Beza parte  
2. ad Coll.  
p. 1170*

91. Iudicant etiam omnes, quibus cordi est Religio, quanta sit Calvinistarum audacia, quòd Spiritum in Baptismi Sacramento, usu & ministerio ab aqua nefarie separantes, Baptisma, quod unum hætenus Ecclesia Catholica credidit, in duo specie & definitione diversa discerpunt, Vnum, quo corpus externa aqua à sordibus carnis in infantia: alterum, quo anima Spiritu, tempore, externum baptismum aquæ, immenso intervallo sequente, à sordibus & inquinamentis internis lavatur. Ita verò apris illis vineam DEI, prohibitu vastantibus quid tandem nobis integrum relinquetur? CHRISTVS Spiritum & aquam in legitimo usu Baptismi nexu prorsus indissolubili coniunxit: Illi pro magistrali sua autoritate

divel-



divellunt & disiungunt. Paulus ut non nisi unum Deum, unam fidem: ita etiam non nisi unum tantum agnoscit Baptisma: illi verò, hoc non obstante, obtrudunt Ecclesie duo.

Beza Coll.  
par. 2. p. 52.

91. At iactant & illi servatam Baptismatis unitatem? Non magis verè, quàm Lacedæmonie mulieres servatam pudicitiam. Considera enim mi homo, Num unus est Baptismus, cuius duo sunt dispensatores, duo diversa media, duo obiecta, duo fines, duo effecta, duo quoq; diversa & longissimè seiuncta dispensationis tempora? Num tibi unum erunt, quæ ita separantur, ut alterum nunc, alterum nunquam dispensetur?

92. Nec minus Logicè, quàm Theologicè impingit hæc Baptismi in exteriorem & interiorem divisio. Nam illum dicunt & definiunt externam ablutionem sordium corporis: hunc verò internam repurgationem à sordibus animæ. Hanc autem internam repurgationem Baptismatis esse effectum nemo ignorat, nisi qui in Theologia rudis, & in lectione scripturarum planè hospes est. Quomodo igitur stabit informis & ἀπαίδευ- τος hæc divisio? Qua arte putant externam & internam illam ablutionem simul sumtam unum quoddam Totum σύνολον posse constituere, cum tamen effectum rei pars simul eiusdem esse nequeat? Quod planius fortè sic dicetur: Effectum rei non potest eius esse pars. Interna ablutio est effectum Baptismi, Ergò non est pars Baptismi. Utraq; propositio antecedens ὁμοψήφον & confidentem habet Bezam, illa quidem pag. 52. hæc verò p. 44. parte 2. ad Acta Coll. Momp.

93. Remota hæc absurda divisione, cui aliàs adversarij in palliando & velando suo errore plurimùm tribuunt, nunc facilius quisq; perspicit externo aquæ Baptismo



Baptismo, qui per manum ministri peragitur, non eternas sordes ablui (Nunquid enim putemus Christum Apostolos & ministros suos balneatores constituisse?) verum ab interioribus sordibus conscientiam repurgari, animamq; variè inquinatam intrinsecus mundari.

94. At opponuntur nobis hîc adulti hypocritæ, quos certum est non regenerari, aut intus purgari, Ex his de Baptismo ferendum putatur esse iudicium. Erratur duplici paralogismo. 1. κατὰ συμβεβηκός. 2. τῆς πολυζητήσεως. Non enim, ut Beza ipse statum *Beza parte 2. Coll. p. 89* quaestionis format, κρινόμενον aut controversia est de adultis: Sed de infantibus, an illis omnibus sine exceptione ritè baptizatis conferatur donum regenerationis ac gratia Baptismi? Quòd illis, qui in adultæ ætate baptizantur, cùm possint esse hypocritæ, Baptismus interdū fit inutilis: Id provenit ab accidentali vitio latentis in corde hypocrisis, impenitentiae & incredulitatis: Hinc verò cum ad Baptismi in se considerati efficaciam infertur, errore nimis crasso luditur. Quod Bezae malumus, quàm nostris verbis exprimere. Ea sic habent: Existimare, causæ efficienti vim suam ενεργητικὴν detrahi, quoties vitio τὸ παραχοντὸ impeditur eius effectus: est certè erratum dignum commiseratione potius, quàm refutatione, hominis, qui ἀρρώστια διανοίας laboret. *Pag. 112.*

95. Nihilominus ratione substantiæ, verum & integrum percipiunt baptismum: est enim verus baptismus in illis etiam, qui non sunt in veritate mansuri, & ab hac ad vitam æternam prædestinati non sunt, teste *Prosp. ad Obi. Gallo c. 2.* Prosp. ad Obi. Gallo c. 2.

E tis,



tis; cuius veritatem incredulitas nostra evacuare nequit.

96. Et hypocritæ, licet in præfenti, gratia Sacramenti non fruantur, quippe seipfos vitio hypocrifeos & infidelitatis defraudantes: tamen quia ex parte Dei manet foedus, quod in Baptismo cum homine init, prorsus ἀμεταμέλητον, & promissio inconcussa: quâdôcunq; homo se ad poenitentiam & fidem recipit, ex vi semel initi foederis & factæ promissionis, protinus salutaris ei incipit esse Baptismus. Manet enim Deus fidelis in promissis, & etiam si nos negemus, ipse tamen negare non potest.

97. Hinc duo derivantur *πρωϊσμάλα*. 1. Perniciosè admodum errari à Calvinianis, quòd doceant ex Baptismi Sacramento non posse certi aliquid statui de salute infantum baptizatorum, sed probabiliter tantùm de adoptione, regeneratione & Spirituali gratiâ ac salute colligi. Non enim dubium est foedus Dei cum baptizato initum: non incerta est promissio gratiæ, salutis, adoptionis & propitiationis, Baptismo annexa: neq; probabilia, verùm apodictica & indubitata sunt Scripturarum testimonia, quòd quicunq; baptizentur, Christum induant, fiant insitij mortis, & membra corporis eius, certissimam spem salutis habentes, quippe in filios adoptati, & Spiritu filiorum, arrhabone salutis ad diem redemptionis obfignati.

98. Neq; fas hîc est fanaticis istis absoluto illo reprobationis decreto miseros parentes angere, & conscientias terrere, præsertim cum ipse Christus pro infantibus spondeat, non esse voluntatem Patris, ut unus de pusillis pereat.

*Matth. 18.  
v. 14.*

99. Proinde adeò certa est paruulorum salus, ut si baptizati in infantia statim decedant, fixam hanc spem paren-



parentes de illis, sicut David de suo puerulo defuncto, <sup>2. Sam. 12</sup>  
concipere debeant, eos ad cœlestem patriam evocatos <sup>23.</sup>  
cum sancto Angelorum consortio æternâ frui salute &  
beatitudine.

100. 2. *ἡ ἀποστολή* hoc est: Sufficere semel datum Ba-  
ptismum, neque esse ullo modo post quoscunq; lapsus  
iterandū. Vti enim satis olim erat, circumcidi semel, &  
lapsi à circumcissione sola resipiscētiæ conditione resti-  
tuebantur in fœdus, quod semel in Circumssione cum  
illis Deus percusserat: ita satis est semel baptizari, & se-  
mel baptizatis, semper patet ianua & *ἡ εὐχαριστία* ad  
gratiam in Baptismo promissam, siquidem Baptismus  
semel factus est sempiterna & indelebilis stipulatio, ac  
gratuiti favoris & reconciliationis cum Deo perpetuū  
testimonium, ut qui post Baptismū à pietate resiliit, & à  
fœdere excidit, si redire velit, novo Baptismo non indi-  
geat: sed salutari pœnitentia & pia atq; fideli recorda-  
tione Baptismi, qua efficitur, ut primitivo fœdere in-  
staurato, homo in conversione verissimè & integerrimè  
in possessionē gratiæ & hereditatis pristinæ restitua-  
tur, & promissione in Baptismo facta, quæ stata, firma,  
veraxq; semper manet, re ipsa postliminiò fruatur.

101. Errant igitur Anabaptistę, qui Baptismum semel  
collatum iterant, reclamante Apostolica doctrina,  
quę nobis unam prædicat in Trinitate Deitatem, unam <sup>Leo ep. 37.</sup>  
in fide confessionem, unum in Baptismate Sacramētum.

102. Errant quoq; Pontificij, qui docent, perpetra-  
tione peccatorum nauem Baptismi dissilire, nec patere  
ad fœdus & gratiam per eundem reditum: sed recur-  
rendū esse ad satisfactiones pœnitentiales, quarum be- <sup>Lomb. l. 4.</sup>  
neficio fiat, ut secūde quasi tabulę adminiculo post nau- <sup>dist. 14.</sup>  
fragiū è periculo dānationis enavigetur. <sup>Bell. l. 1. de</sup>  
Lomb. & Bell. <sup>Bapt. c. 12.</sup>

E 2

AT



At fundamentum, quo nituntur, falsum est, ideoq; dogma etiam, quod huic fundamento superstruitur, erroneum evadit. Neq; enim Baptismus in præteritum duntaxat tempus confertur, aut in oblivitionem præteritorum tantum delictorum, ut Bellarmino videtur, ut novis lapsibus, in quos à Baptismate, recidimus, quaerenda sint alia nova expiationis media in alijs Sacramentis, perinde ac si vis illius exolevisset: Sed quocunq; baptizemur tempore, in totam vitam purgamur & abluimur. Ideoq; pii omnes toto vitæ curriculo, quoties lapsi, aut peccatorum conscientia devexati fuerint, inter cætera sese ad Baptismi etiam memoriam revocare debent & possunt, ex eo fidem confirmare, & sic semper certi esse ac securi de peccatorum remissione *ἐν πάση ἀληθοφροσίνῃ μηδὲν διακρινόμενοι*

103. Montrato iam & amputato hoc errore, qui delinquit in defectu: monstrandus quoque & amputandus est alter ille, peccans in excessu, quo fabulantur Pontificij in Baptismo funditus tolli & extirpari omne id, quod habet rationem peccati. Contra sic teneatur, quod licet secundum largas divinæ misericordiæ divitias in Baptismo fiat non dimidia, aut superficialia quorundam tantum (Gregor.) Sed plenaria omnium simul delictorum purgatio, tum originalis, tum actualium, tam eorum, quæ ignoranter, quam quæ scienter admissa sunt (Aug.): tamen non fit plena peccati eradicatio, aut perfecta hominis renovatio: sed manet etiam post Baptismum in natura hominis peccati radix seu morbus, id quod vel Christus præscripta Orationis suæ formula satis docet, in qua iubet orare omnes, *Dimitte nobis debita nostra, quod haud foret necessum, si pe-*

Greg. l. 9.  
Indict. 4.  
op. 39.

Aug. contr.  
2 Ep. Pel.  
l. 3. c. 3.



si penitus ex natura extirparetur per Baptismum peccatum. Ita Paulus Act. 22. per Baptismum peccata sua abluit, & nihilominus conqueritur adhuc inhabitare in carne sua peccatum. Rom. 7. v. 17.

104. Eatenus autem Baptismus aufert peccatum, 1. ut ad condemnationem non imputetur, 2. ut non perinde in mortali corpore dominetur, hoc est, remittitur in Baptismo peccatum quoad reatum, & debilitatur, quoad dominium. Hinc vulgatæ illæ Augustiniana locutiones: peccatum transit reatu, non actu: Tollitur, non ut non sit, sed ut non imputetur.

105. Et hætenus quidem de Baptismatis causis, partibus, ritibus, fine, fructu, effectu, virtute atq; efficacia. Progrediendum nunc est ad obiectum, circa quod Baptisma occupatur, & dispiciendum, quinam illi sint, qui sacra hac regenerationis unda lustrari debeant.

106. Non hîc augurijs, non divinationibus, non coniecturis opus est, sed solenne modò & universale Christi mandatum observetur, quod Euangelista his *Mat. 28.* verbis describit: Profecti docete omnes gentes, Baptizantes in nomen Patris, Filij & Spiritus sancti. *19.*

107. Neq; hîc ulla facienda est exceptio conditionis, sexus, aut nationis. In Christo Iesu enim non est mas, neq; foemina, non Iudæus neq; Græcus, non servus, neq; liber. Gal. 3.

108. Ideoq; non masculis tantum, sed foemellis etiam hoc Baptismatis Sacramentum commune est. Sunt enim etiam foeminae, 1. Sub complexu gentium. Igitur tam ipsæ sub mandato Christi continentur, quàm masculi. 2. Sunt caro de carne. Ergò ex aqua & Spiritu oportet renasci. 3. Sunt in externo coetu Eccle-



fiæ Christi. Igitur lavacro aquæ in verbo mundandæ.  
4. Cum masculis unum debent esse corpus in Christo.  
Igitur cum masculis quoq; in unum Spiritum potandæ,  
& in unum corpus baptizandæ.

109. Quantum ætatem concernit, similiter nulla hîc  
est discretio, sive sit parvulus recens natus, sive adul-  
tus & grandævus: uterq; Sacramento Baptismatis in-  
diget, & super omnem carnem effusurum se Deus Spi-  
ritum suum pollicetur, quod in Baptismo compleri  
Paulus ostendit.

110. Adulti, qui è Paganismo vel Iudaismo egressi,  
Ecclesiæ Christi se aggregari cupiunt, ad hunc gratiæ  
& benedictionis fontem admittuntur, hoc quidem or-  
dine, ut prius aliquandiu inter Catechumenos versati  
religionem Christianam imbibant & profiteantur, &  
primùm doctrinâ fidei: tum demum Sacramento quoq;  
fidei imbuantur, quod in primitiva Ecclesia diligenter  
ab Apostolis observatum esse historia Actuum testatur.

*Cyp. Ep.  
& Fidum.*

111. Infantes autem, qui in primo statim nativitatis  
suæ ortu plorantes & flentes, nihil aliud faciunt, quàm  
deprecantur, (Cyp.) in infantia & primis vagitibus ab  
uberibus adhuc pendentibus, ad Baptismum à parenti-  
bus apportantur, ut Christo, qui ipsos redemit, inse-  
rantur, & regeneratione in illis mundetur, quod ge-  
neratione traxerunt. Orig. homil. 8. in Levit.

*Menno in  
Fund. Anab.  
bapt.  
In Colloq.  
Francken-  
thal.*

112. Mirum, quàm hîc furant phrenetici Anaba-  
ptistæ, clamantes, Baptismum parvulorum esse male-  
dictum idolum, abominationem stantem in loco san-  
cto, placitum humanum, signum Antichristi, quod  
Deus neq; cogitârît, neq; mandârît, non esse meliorem  
Baptismo campanarum, non extare de eo literam ul-  
lam, aut exemplum, Esse parvulis neq; utilem, neq;  
necessa-



necessarium, & quæ sunt id genus aliæ infinitæ calamitæ. Probandum igitur est, non esse placitum humanum, cuius nullus sit usus aut fructus, sed placitum divinum, omnibus infantibus summoperè necessarium.

113. Testatur hoc imprimis Salvator ipse, quando puerulos ad se allatos suaviter exosculatur, ulnis amplectitur, impositis manibus benedicit, & blandissimâ oratione sibi adduci iubet: *Matth. 19*  
*14.* Sinite parvulos ad me venire, talium enim est regnum cœlorum. Cui coniungendum severissimum illud edictum, quo tonitruo instar omnes non baptizatos ad imû barathrum sternit, sanctissimè iurans: Amen, Amen, Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu et aqua, non potest intrare regnum cœlorum: Hinc ita argumentamur: Quibus licitus est aditus, & patens accessus ad Christum, licitus quoque est & patens ad Baptismum. At parvulis licitus est aditus, & patens accessus ad Christum. Ergo quoque ad Baptismum. Propos. probatur, quia Baptismus est medium, cuius ductu & interventu ad Christum pervenimus, eiq; inserimur & incorporamur, & quidem respectu infantium unicam, ut ex inductione & ἐπαριθμήσει reliquorum mediorum palàm fit. Ad cœnam enim Dominicam percipiendam, verbumq; audiendum adhuc sunt inepti, soli regenerationis Sacramento idonei. Prohiberi igitur non debent.

114. Porro ex eadem Salvatoris sententiâ sic concludimus: Quicumq; ius habet ad regnû cœlorû, is, ut iure suo potiatur, renascatur oportet in Baptismo. At infantes ius habent ad regnû cœlorû. Ergo illos renasci oportet in Baptismo, & vicissim à contrario sensu. Qui non  
renascitur



renascitur ex aqua & Spiritu, non ingreditur regnum  
cælorum. Infantes non baptizati non renascuntur ex  
aqua & Spiritu. Ergò non ingrediuntur regnum cœ-  
lorum. Vnde consequitur, aut oportere baptizari, aut  
æternùm damnari.

115. At verò, si hæc est voluntas Patris, ut non pe-  
reat unus de paruulis, erit & voluntas Patris, ut non  
unus de illis Baptismo excludatur. Verum est prius.  
Matth. 18. Verum igitur quoq; posterius.

*Ambr. l. 2.  
de Abrah.  
s. 11.*

116. *Ἐκ παγιστίας* hoc etiam addimus. Est expres-  
sum & perspicuum Christi mandatum: profecti, doce-  
te & baptizate omnes gentes. Gentium autem non mi-  
nima, nec postrema pars sunt parvuli. Vnde sic col-  
ligitur, Qui iubet baptizare omnes gentes, iubet etiam  
baptizare parvulos. Christus iubet baptizare omnes  
gentes. Ergò. Non hïc senex profelytus, non infans  
vernaculus excipitur, quia omnis ætas peccato obno-  
xia, & ideo omnis ætas Sacramento idonea.

117. Quadrat etiam huc Anagoge Sacramenti Iu-  
daici, in cuius locum Baptisma subiit. Si enim infan-  
tibus sub lege per circumcisionem, quæ ipsis erat Sa-  
cramentum initiationis, promissio foederalis applicari  
potuit & debuit, non obstante rationis & ætatis imbecil-  
litate: non minus ritè quoq; infantibus sub Euangelio  
per Baptismum (qui nobis est initiationis Sacramen-  
tum) promissio foederis applicari potest & debet, in-  
telligentia aut ætate non obstante. At illud licuit.  
Ergò.

*Apoc. 21.  
26.*

118. Consideretur & hoc: Non posse aliter infantes  
è regno inferorum emancipari, nisi Baptismi admini-  
culo, cuius lavacro à sordibus mundantur. Nam re-  
gnum cælorum nihil ingreditur immundum. At  
infantes



infantes sunt immundi. Ergò, At enim hi ingrediuntur,  
Ergò. priùs ab immunditie sua purgatos esse oportet.  
Vnde verò, Vbi, Quomodo? Responderet Apostolus, lava-  
cro aquæ in verbo, hoc est, Baptismo. Itaque Ecclesia iam  
inde ab Apostolorum temporibus in usu habuit, etiam *Orig. in Co*  
parvulis dare Baptismum. Sciebat enim illa, quippe cui *c. Rom.*  
secreta divinatorum mysteriorum commendata fuerunt,  
quòd essent in omnibus genuinæ sordes peccati, quæ per  
Aquam & Spiritum aboleri deberent.

119. Neque dubium est, quin Apostoli ipsi mandato  
Christi obsequentes, non adultos tantum: sed parvulos  
etiam regeneratricis undæ lavacro tinxerint, licet nomi-  
na baptizatorum non monumentis consignata & per  
traducem posteritati relicta sint. Leguntur n. illi integras  
domos & familias baptizasse, quarum nulli vel unum  
quempiam infantulum fuisse, haud facile sanis persua-  
debitur.

120. Constat igitur pædobaptismum non esse huma-  
nitus fabricatum, sed divinitus institutum: non Anti-  
christi, sed Christi tesseram: non Papistarum traditionem,  
sed Christi constitutionem. Quod enim universa tenet  
Ecclesia: non Concilij institutum: sed semper re- *Aug. l. 4.*  
tentum est, id non nisi Apostolica: (imò rectius, Divina) *contra Deo*  
autoritate traditum, rectissimè creditur. *nat.*

121. Palmarium Anabaptistarum argumentum, quod  
observantiæ pædobaptismi & consuetudini Ecclesiæ op-  
ponunt, est hoc: Absque fide sacramentum non prodest,  
sed officit. Infantes destituuntur fide. E. illis Sacramen-  
tum non prodest, sed officit. Hic Calviniani, ut mus, in pio  
ce harent, quibus extrema hinc incumbit necessitas, ut tan-  
dem categoricè & absque simulatione respondeant, cui  
parti faveant, Num prorsus ad Anabaptistas deficere: an  
verò in nostra castra transire velint? Si enim dederint  
Minorem, Anabaptistas esse ilicò agnoscimus, Sin nega-  
verint, quod ut fiat, veremur: Salva res est.



122. Cæterum nos neque his, neque illis unquam dabimus Minorem, scientes infantes baptizatos non omni fide destitutos, sed verè ea esse præditos, licet nobis incomprehensibili & incognita.

123. Sunt enim manifestæ hæ scripturarum assertiones & conclusa, quæ infantes inter incredulos numerari non patiuntur.

1. Sine fide impossibile est placere Deo. Infantes placent Deo. Negare hoc videtur Beza in Quæstionibus suis  
*Heb. 11. 6.* contra expressum Salvatoris testimonium, Ergò.  
*1. 2. q. 124.*

2. Qui non crediderit, condemnabitur. 3. Qui incredulus est Filio Dei, manet ira Dei super eum, & iam iudicatus est. At infantes non damnantur, non judicantur. Ergò non sunt increduli, sed aliqua fide præditi.  
*Mar. 16. 16.*  
*Joh. 3. 18.*

4. Qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abraham. Infantes benedicuntur. Ergò sunt ex fide.  
*Gal. 3. 9.*

5. Qui Filium Dei non habet, is nec vitam habet. Infantes habent vitam. Ergò habent etiam Filium Dei, hoc est, sunt in Christo, & Christus in illis. In Christo autem aliter non sumus nisi per fidem, & ipse etiam in cordibus nostris non aliter habitat, nisi per fidem.  
*1. Joa. 5. 12.*

6. Scimus non justificari hominem, nisi ex fide. At scimus infantes justificari. Ergò habent fidem.  
*Gal. 2. 16.*

7. Ex fide datur hæreditas. Infantibus datur. E.  
*Rom. 4. 16.*

8. Introcunt in requiem, qui credunt. Infantes introcunt. E.  
*Heb. 4. 3.*

123. Varias hinc Calviniani quærunt latebras & *recessus* *abyssa*, quibus sese abdant, & vim harum propositionum utcunque declinare possint, At frustra.

124. Sunt, qui omnes illas & similes scripturæ sententias ad adultos tantum referunt, seclis parvulis, ut ad quorum salutem fides non sit necessaria, sentientes eos salvari gratiâ Dei sine fide, nec tamen inter incredulos eos numerari volunt.  
*Martyr. super Gen. p. 69. & in 1. Cor. 7.*



125. Hi quadruplex absurdum committunt. 1. fingunt applicationem sine medio applicationis, donum gratiæ sine manu donum apprehendente. 2. Secant unicam vitæ viam in duas, duos diversissimos statuentes justificationis modos, unum ex fide, alterum sine fide, quem modum patres nostri, Prophetæ & Apostoli non noverunt. 3. Coguntur contra scripturarum autoritatem fingere medium aliquod inter fidem & incredulitatem, credulos & incredulos. 4. Viam interunt *περὶ τῶν παρθεναίων*, universalia particulariter interpretando, Sunt enim sententiæ de fide universales.

126. Verior igitur est Augustini sententia, qui post allegatum dictum Christi, Qui crediderit &c. interrogat Pelagianum, ubi ponis parvulos baptizatos? Et respondet profectò in numero credentium. Ideò enim consuetudine Ecclesiæ antiqua, fundatissima & canonica parvuli baptizati fideles vocantur. Inter credentes igitur parvulos numerabis: nec judicare ullo modo aliter audebis, si non vis esse aperte hæreticus.

127. Primarium *κενὸν φύλακτον*, ad quod communiter omnes se recipiunt, mutuantur ex veterioribus Scholasticis, Thoma 3. sum. qu. 69. art. 8. & compendio veritatis Theol. l. 6. c. 9. & per hoc elabendi certissimam sibi spem faciunt. Causantur enim baptizari & servari parvulos fide aliena, vel parentum aut maiorum: vel Ecclesiæ: vel ministrorum baptizantium, aut etiam compatrum e Baptismi fonte levantium.

128. At tam sunt absurdi, ut etiam Beza ipse (aliàs tamen non ignarus eiusdem absurditatis defensor) eos rideat in Quæst. & Resp. ita scribens: dicere parentum fidem infantibus imputari, quasi aliena fide credentibus: non minus falsum & absurdum est, quàm si dixerim, posse quempiam aliena anima vivere, aut aliena sapientia sapere.

Aug. ser.  
14. de verbis  
Apost.

Cingl. ad  
princ. Oec.  
lamp. super  
1. Ep. Ioan.  
demeg. 21.  
Averius in  
1. parte  
probl. Ram.  
l. 4. Theol.  
Hemm. in  
Syntagm.  
Bez. l. 2. q.

124. &  
passim. in  
Arist.  
Qu. 126.



129. Mendacij etiam coarguunt Prophetam & Apostolum scriptitantes, iustus fide sua vivit. Nulpiã Scriptura tradit, alterius fidem, si ego sim infidelis, mihi ad salutem prodesse, aut ad iustitiam imputari. Alterius incredulitas mihi ad salutem non obest, si ego sim credulus. Quæ igitur ratio erit, quod alterius credulitas mihi ad salutem prodesset, si ego sim incredulus. Immota stat regula Prophetica: Iusticia iusti super eum, & iniustitia impij super eum.

130. Quare statum & ratum manet, infantes suam quandam habere fidem, quam Spiritus sanctus in illis accendit, pro ipsorum captu & modulo illos illuminans atque regenerans, novosque motus & novas inclinationes excitans, ut apparet ex Iohannis Baptistæ exemplo, quem in utero matris Dominus sanctificans & fide donans, quid in reliquis posset, ostendit.

131. Mittamus ergo nos cæcæ nostræ rationis φαντάσματα, & curiosas illas infidelitatis quæstiones, Qualiter, Quomodo &c. quæ sunt σαφὴς τῆς ἀπιστίας ἔλεγχος, Christus enim in historia Nicodemi postulat, ne mysterium hoc ratione humana metiamur, sed fide comprehendamus, Et posthabitis absurdis, quæ ratio humana parturit, tantum in verbo divino ipsius Christi firmiter consistamus.

Tit. 3. 5. 132. Sufficiat autem nobis ex Apostolo tenere Baptismum parvulorum esse lavacrum regenerationis Spiritus sancti, qui in baptizatos effunditur, ut iustificati hæredes sint vitæ æternæ. Et quòd Christus, qui solus corda parvulorum finxit & novit, eos in se credere testetur, & non modò regnum cœlorum ipsis tribuat, verum etiam addita gravi comminatione sanctissima iuret, Nisi quis acceperit regnum cœlorum sicut parvulus, non intrabit. Vnde σοφίζονται hæc conclusiones. 1. Si Baptismus, quo tinguntur infantes, est ipsis lavacrum regenerationis, est quoque ipsis organum conferendæ fidei. Regeneratio enim



enim sine fide esse nequit. II. Si pusilli in Christum credunt, ergò sunt præditi aliqua fide. III. Si accipiunt regnum Dei, Ergo per fidem. Regnum enim Dei est iusticia. Iustitia verò est ex fide. IV. Parvuli accipiunt regnum cœlorum, sicut adulti, & vicissim. Adulti autem accipiunt per fidem. Ergò etiam parvuli.

133. Desinat ergò Beza in Responsonibus ad Acta Coll. Momp. nostris insultare, non posse ullius rationis specie imaginari, vel circumcisis olim, vel nunc baptizatis infantibus fidem re ipsa dari, antequam vocem Euangelij audiant. An non legit Beza Circumcisionem fuisse signaculum iusticiæ fidei Rom. 4. Quod si infantibus circumcisis tribuitur iusticia fidei, etiam ipsa fides illis erit tribuenda. Idem esto iudicium de infantibus baptizatis. Non enim deteriori loco sunt infantes sub Evangelio, quàm sub Lege.

134. Fidem autem illam non aliunde nascuntur, quàm ex gratiosa operatione Spiritus sancti in illis agentis modo & nobis inexplicabili, & sanctis angelis inenarrabili. Agit autem, fidemque sulcat per Baptismum.

135. Ex quibus non obscurum est, quàm necessarium sit Baptismi Sacramentum, quòd citra salutis iacturam securè contemni, negligivè voluntariò non possit. Est enim verè salutis nostræ capitulum, & organum Dei, per quod in verbo potentia & operatione sua genuinam naturæ labem abluat, fidemque in Christum Mediatorem excitat, & gratiam promissionis Evangelicæ applicat, regenerat, sanctificat, & in filios adoptat.

136. Calviniani quidem, ut Sacramenti huius necessitatem elevent, totis viribus affirmare nituntur, infantes ex fidelibus parentibus prognatos jam inde à primo exortu, imò adhuc in utero latitantes, antequam nascantur, aut vitalem Spiritum hauriant, sanctos esse, immunes ab omni reatu peccati, in fœdere comprehensos, Christianos & filios Dei. At quid est Pelagianam hæresin ex orco revo-

F 3

Cingl. de  
Bapt. Hem.  
in Syn.  
Mart. in Co-  
rimb. Calvo  
2. def. cont.  
Westph. &  
1. 4. Inst. c.  
care, 15. q. 22. q.  
16. q. 24.



Beza qui  
12. 4. 126.  
et par. 2.  
Resp. ad  
A. B. p.  
101. 102.  
106.

dicere, si hoc non est? Non generatio, sed regeneratio facit  
Christianos, Non nascuntur Christiani, sed fiunt. Nam quic-  
quid ex carne natum est, caro est, inquit Christus. Vnde  
assumo, At omnes infantes, etiam fidelium & renatorum  
liberi, sunt nati de carne. E. sunt caro, h. e. carnales, im-  
mundi, peccato polluti, Deoque non placentes. Cui con-  
sentit etiam tuba Evangelica, vas in toto orbe resplen-  
dens, Doctor gentium Paulus, quando pronuntiat esse nos  
*φύσει*, hoc est, *γενήθητε*, natiuitate filios iræ. Quomodo ergo  
simul filij Dei? Quos Evangelista ita describit: Quotquot  
receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his  
qui credunt in nomine ipsius; qui non ex sanguinibus, ne-  
que voluntate carnis, aut ex voluntate viri, sed ex Deo na-  
ti sunt. Vbi expressè negat D. Evangelista generationem  
carnalem seu primam natiuitatem quicquam coram Deo  
valere, & totum *ὁμοθεσίαις ἢ παλιγγενεσίαις* beneficium adscri-  
bitur FIDEI ex una, Deo ex altera parte.

Aug. l. 2.  
de pecc. me-  
ritis c. 12.

137. Medium autem, quo Deus *ὁμοθεσίαις* beneficium  
parvulis confert, est Baptismus; quia ibi Christus induitur,  
qui nostra coram Deo est sanctitas & iustitia. Hinc ait  
Leo. Regenerationis Sacramento per Spiritum sanctum  
promissionis filij renascuntur, non in utero carnis, sed in  
virtute Baptismatis. & Aug. Neque parvuli de quibusli-  
bet sanctis iustisque procreati parentibus originalis pec-  
cati reatu absolvuntur, nisi in Christo fuerint baptizati.  
Dura quidem hæc videntur, sed vera sunt secundum re-  
gulam generalis sententiæ latæ à Christo dicente, Nisi  
quis renatus fuerit. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c.

138. Neque tamen probatur nobis crudum illud &  
crudele dogma, ad quod veterum etiam aliqui videntur  
inclinare, Pontificij autem toti in eo sunt demersi, quod  
parvuli necessitate quadam præventi, & sine Baptismo de  
corpore exeuntes, a regno cœlorum omnes perpetuò fu-  
ruri sint exules, aut in peculiari quodam specu vel antro  
abditæ & constituti, ubi neque cœlesti fruuntur beatitudi-  
ne, neque æternas experiantur pœnas. Non enim Deus  
gratiam salvantem ita præcise huic Sacramento alli-  
gavit,



gavit, quin etiam extra ordinem à se institutum, omnipotente sua virtute regenerare possit eos, qui nulla culpa aut negligentia à Baptismo excluduntur: Neque sibi: sed Ecclesiæ suæ Baptismi legem tulit.


139. Apparet hoc ex latronis Christo ad dextram pendentis exemplo, qui in cruce demum conversus æternam vitam etiam sine Baptismo consecutus est. Quia enim non contētus religionis, sed articulus necessitatis mysterium Baptismatis excludebat, in illo, quod ex Baptismi Sacramento defuit, omnipotentis benignitas complevit.

140. Testatum quoque hoc fecit Dominus exemplo puerulorum Iudaicorum sub veteri Testamento, qui in deserto propter continuas peregrinationum & leditionum bellicarum molestias non fuerunt circumcisi, item quæ illorum, quos Pharaonica & Antiochena Tyrannis ante Circumcisionem conquirit & oppressit: Quis hinc tam erit immitis & rigidus censor, ut hos masculos omnes damnatos putet? Si autem sub Iudaismo absque ordinario initiationis Sacramento salvari potuerunt parvuli, quid nō etiam sub Christianismo? Nisi fortè conditio nostra sit deterior, quàm populi veteris? & sub Evangelio restrictior Dei gratia, quàm sub Lege? Quod abesse jubet, imò jam abesse jussit Altissimus. Cui sit  
Laus & Gloria infinitis seculis

A M E N.









94 A 7359

ULB Halle 3  
002 625 679



Sb.

Retio


W 17











Disputatio Theologica

De

# BAPTISMO INITIATIONIS SACRA-

*mento. Auspice Christo*

SVB PRAESIDIO REVERENDI

VIRI

## GEORGII MYLII SS. THEO-

logiae Doctoris & Professoris in Aca-  
demia Ienensi primarij.

*Sacramentariorum, Calvinistarum & Catabapti-  
starum corruptelis opposita.*

M. HENRICO ECHARTO

VVITT. H. Concionatore aulico  
Kirchburgensi.

### J E N Æ

Imprimebat Tobias Steinman.

Anno M. D. C. II.

